

scant:¹¹ *Differentias saporum commutationes esse multarum partium et plantis differentibus, trahentibus similares partes a nutrientibus, sicuti in vitibus, non enim harum differentiae faciunt vinum varium, sed nutrientis soli.* Talis etiam est Plutarchi locus, nisi quod corruptior legitur, quem ex collatione cum Aetii loco restituere licebit. In neutro tamen ulla est aut saporum in aqua latitantia aut Solis et caloris mentio.

Quibus authoribus ratio suadet magis credendum esse, quod ex professo veterum philosophorum dogmata recensenda sum-
10 pserunt, quam Aristoteli, qui sibi id oneris, uti vidimus videbi-
musque, desumpsit, uti eos cavillis ac detortis interpretationibus [303] vexaret.

Refellitur a Plutarcho illud quoque crimen, quod est 2. De
ortu animalium capite 10. ubi de causis sterilitatis mularum agens
15 sic scribit:¹² *Empedocles vero causam dicit miscellanum seminum fieri
densam ex molli utraque genitura existente.* Longe aliam ille causam
affert libri 5. capite 14:¹³ *Empedocles ob parvitatem et depressionem
et angustiam uteri inverse ventri adnati nec semine recta ingrediente in
ipsum, neque etiam si perveniret, ipso suscipiente.* Ex quibus profecto
20 totum illud toto capite extensem crimen tollitur.

Quod vero est libro 4. capite 1. non ab aliis, sed ab ipsomet
Aristotele tollitur, antequam eius capitinis disputationem conclu-

¹¹ τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χυμῶν παραλλαγὰς εἶναι τῆς πολυμερίας καὶ τῶν φυτῶν διαφόρων ἐλικόντων τὰς ἀπὸ τῶν τρεφόντων ὄμοιωμερίας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων, οὐ γάρ αἱ διαφοραὶ τούτων ποιοῦσιν τὸν οἶνον διαλλάττοντα, ἀλλὰ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους. [Usp. PS. PLU. Plac. 910.C. 13 – D. 4 Petrićev se citat jako razlikuje od kritičkog izdanja]

¹² Ἐμπεδοκλῆς δ' αἰτιάται τὸ μίγμα τὸ τῶν σπερμάτων γίνεσθαι πυκνὸν ἐκ μαλακῆς τῆς γονῆς οὖσης ἔκατέρας· [ARIST. G A 747a. 34 – b.1]

¹³ Ἐμπεδοκλῆς διὰ τὴν σμικρότητα καὶ ταπεινότητα καὶ στενότητα τῆς μήτρας, κατεστραμμένως προσπεφυκύιας τῇ γαστρὶ, μήτε τοῦ σπέρματος εὐθυβολοῦντος [εὐθυποροῦντος] εἰς αὐτήν, μήτε, εἰ καὶ φθάσειεν, αὐτῆς ἐκδεχομένης. [PS. PLU. Plac. 907.B. 5 – 8]